

Geminatio ad exaggerationem, & resistentiam actionis.

Prævaricator pro rebellis. Arab. Maluend. Prad. Refractorio, vesfo, & no conuerso. Septuag.

Prævaricatio pro persistencia in malo.

Varietas Lect.

prævaricari) semper exaggerat vel opus, vel affectum. Hac Prado in Ezechiel 14. vers. 13. Nos iuxta dicta quæ sup.n. 31. quæ Taut. 3. an. 61. usque in 65. geminationes huiusmodi intelligimus de idololatria, quæ in prævaricatoribus & prævaricatoribus causa peccati, effectus peccati & pena peccati, cum persistentia in peccato facto in mortem & ad mortem. Unde Christus obsecratis dixit: In peccato vestro moriemini. Ioan. 8. 21. igitur si peccatum summus error, defensio peccati peior priore, quia primum committere quibat homo prævaricatus errore voluntatis: & in defensione rebelicit prævaricans & prævaricator voluntate erroris. Hinc Arab. Rebellibus, qui rebellant. Syr. Sceleresti deliquerunt: perfidii perfidiam commiserunt. Oleaster: Prævaricantes prævaricationem prævaricantium prævaricati sunt. Forer. Excursores (id est, refractarii, versis, peruersi, sed non conuersi, ut Maluend. legit in Isat. 48. 8.) excurrerunt, & excursionem excursorum excurrerunt: nimirum, delicta delictis cumulando, & delictis delinquendo: ac Prado ubi supr. Quare qui ducebantur ad idola, longè ita describuntur à respicientia; ut non solum peccarent traducti in mortem; sed rebelles traductores peccarent ad mortem, defendentes iniquitatem, & retinentes memoriam mali: ut legunt Septuag. in illud Ezech. 18. Prævaricatione prævaricatus. Innuitur pertinacia, cecitas, & furor, quibus qui peccarunt, iterum atque iterum, fecerunt, adherentes pertinaciter malo, transfuge ad aliena castra animo omnino peruerso, quo iam non varicantes, seu prævaricantes modò hic, modò illic fluctantes affectum; sed claudi prorsus uno pede, quia solum in idola dirigebant animum: ut dixi num. antec. ex Prophetis. Hac acceptio etiam invenitur apud Profanos, igitur peccatum sumitur pro culpa, & prævaricatio pro persistencia, maxime in fide credita & fracta. Homer. Iliad. 9. vers. 427. Preces clauda, cum quis peccaverit, vel prævaricatus fuerit. Cicer. 1. in Verrem: Utrum te perfidiosum, an prævaricatorem existimari mavis. Denique in Flammin. Plutarch. In fide tenuit, ne qua in re peccarent, aut perfidè quid flagitiosèque perpetrarent. Clarec causa, qua reprobari à Domino Israëlita, traditque sub dura captivitate: igitur sine penitencia, voluntariè peccantibus non relinquitur hostia. Hac de litera textus.

37. Lectiones variaz, ut vidimus, Tautologie principalis. Percutiat te Dominus amentia & cecitate, ac furore mentis. Pagn. Stupore cordis. Maluend. In insaniam vesania, & in cecitate, & in stupore, admiratione cordis. Septuag. Excessu mentis. Samaritan. Caligine & stupiditate mentis. Oleast. Amentia ad mentem, cecitas ad oculos, & stupore cordis, admiratione cordis. Persl. Mania & cecitate, & inquietudine cordis. Rab. Ionath. Percutiet vos sermo Domini pavore, quousque ad insaniam redigatur cerebrum, & cecitate, & cordis stupore. Modò ad mores, ne simus amentes.

ADINATON EXEGETICUM.

Epiolog. excurs.

- 1. Amentia, & cecitate, ac furore mentis. Cuncta ex patratione criminis: equidem probat amentem, cordis cecitatem, mentisque furorem; posse frui felicitate celorum, & pro lubedine præcipitati in infernum.
2. Amentia, & cecitate, ac furore mentis. Singula in cunctis mala: quidnam in singulis cuncta?
3. Amentia & cecitate, ac furore mentis. Amentia mala; sed peior amentia, ubi furor mentis ex cecitate cordis: igitur nulla maior amentia, quam voluntaria.

- 4. Amentia, & cecitate, ac furore mentis; ut consularum vehementia medicaminis: etenim peccatores, ni acrem tulerint dolorem, nunquam redibunt in mentem.
5. Amentia, cecitate, ac furore mentis: siquidem sine cecitate amentia oprabilis, ubi furor amentis ex flamma cordis.
6. Amentia, cecitate, ac furore mentis: Est speculum tyrannidis: pateque furor mentis in tormentis cogitatis perfectionis; quippe quò magis Martyres extinguebant, eò magis Martyres pululabant.

DIDASCALIA PRIMA:

Culpa voluntaria amentia.

Amentia, gaudium de vulnere.

ET peior, quia voluntaria: igitur signum amentia, ubi quis gaudet de vulnere, & exultat præ dolore. Hinc

notata Proserpina stoliditas, & amara voluptas, eligentis Tartarum, quæ possidebat feliciter Cælum.

Colamell.

Deuter. 28. 18.

Persius.

Et præponere dolere felicitati.

S. Profp.

Plin. Condicio Gelotophyllidæ.

Voluptas infanti.

Sideribus tristes umbras, & Tartara Cælo Præposuit. Ditemque Iovi, lethumque saluti.

Et nunc inferno potitur Proserpina regno. Accinit Moderat. Collumella de Cult. hortor. vers. 282. Siccine minatur Deus, si peccaverit electus populus; & ut clareat iustitia, ab ipso populo prænunciatur pena. Percutiat te Dominus (infit) amentia & cecitate ac furore mentis: equidem probat amentem, cordis cecitatem, mentisque furorem, possidere posse legibus perpetuè regna celorum, ac voluntariè illecebris præcipitari in infernum.

De Iove quid sentis? Esne ut præponere cures

Hinc cuiquam? Catnam? Peccati dololo mulcimini, ut studeant insaniz voluntaria: igitur qui felicitati dolorem præponit, malum inter gaudia eligit, & pro viribus in cruciamina anhelat; amentia, cecitate, furore mentis laborat. Non sane sese ingereret in cruciatus, ni esset ac persisteret delirus, atque furiosus. Causam signat Prosper. Aquitanic. Epigram. 42.

Qui se peccatis gaudet feliciter uti, Infelix nimis est prosperitate sua. Dumque capit miseros effectus prava voluntas,

A vera semper luce fit exterior, Sumens pestiferà de consuetudine robur, Et sua complectens vincula mortis amor. Inque putres fibras descendat cura medentis. Ut blandum morbum pellat amica salus. Obijciuntur cogitationi omnia, ut paretur & vulneri & cerebro medicina.

2. De Gelotophyllida, herba singulari, asserit Plinius lib. 24. cap. 17. Si bibatur cum myrrha & vino, varias observari species, videndique finem non fieri. Mens amittitur, spectra varia videntur, imaginationi obiecta, in quibus nulla substantia. Unde miseri, quia videntur videre, incumbunt vane letitiz, constitutz in læsa imaginatione: igitur risu ducente in mortem, per stultam apprehensam hilaritatem; mentem expriment emotam, & lethiferam insaniam, à seipsis vulnerati, sine vulnere dolore, quin apponi possit pharmacum, ut sedaret cerebrum: quandoquidem lætari duntaxat potest insanus, quandiu demonstrat cum risu infixum pectori vulnus. De huiusmodi calice bibunt omnes peccatores terræ. Tendunt in insanias falsas, ubi caput miseros effectus prava voluntas: equidem unde acerbissimum dolorem, exhauriunt hilaritatem. Gestiant, exultant ad-

instar Curetum, illecebris voluptatum, seipso mutuo vulnerantes, & vulnera non sentientes; perspicua mentis insaniam, quippe læsa phantasia non sentient vulnere: equidem infani vel acrimonia dolorum, profusi tendunt in risum.

3. Narratio peccantium odiosa (inquit Siracides) & risus illorum in deliciis peccati. Non tam risus abominabilis, quam risus ex peccatorum deliciis. Risus exprimit gaudium: quidni gaudium, si delictum? Quippe inania cuncta, & hilaritas fatua. Bibunt ex calice Gelotophyllidæ iniquitatis, confecto cum myrrha criminis, cerebrum invertente varijs deliciarum speciebus, ex quibus oritur Sardonicus risus. Deliciae sunt in apparentia phantasia, quantum picta: verè profecto amaritudines, atque fictæ voluptates: gaudiumque odibile dicitur, quod ex delicijs peccatorum oritur: quoniam solummodo cerebri pertusi inanitas, mortis crucia. um potest vocare delicias. Risus ostendit internum gaudium, amaritudo tormentum: ride- turque risus ex peccati delicijs; quippe à phantasia invertuntur species: gaudioque ficto ita sedent in cerebro; ut solvantur expertes mentis in risum, dum sani erumpunt in stertum. Si ex vulnere perciperent innatum acrimonia dolorem, redirent ita debacchantes in mentem, & respicerent saltem penam, ut viderent falsa gaudia: verum cum rideant effuse, ex quo reliqui afficiuntur dolore; inconvertibiles sunt, ac immedicabiles, iudicio inverfo rationis: quandoquidem gustantes amaritudinem, in myrrha inveniunt voluptatis dulcedinem. Hinc narratio peccantium odiosa, propter scandalum, & propter tormentum, quia alij delicijs dolent; dum illi rident: equidem cum cordis pravitas, in peccatis sollicitè ex narratione delicias; piget animum ludibrij, commisso scelere: igitur qui delicias ad insaniam usque querebat, & narratione flagrabat; invenit verum dolorem, atque amatam, fictam, apparentem voluptatem. Iuxta dolum criminis, in penitentiam refidet lumen rationis. In voluntate hominis salubritas mentis posita, quippe crimen insaniam voluntaria, qua ridetur felicitas, & aridet boni falsitas. Alliciuntur homines mulcimine voluptatis, quin velint cognoscere circumscriptionem mulcimini: equidem modò contemplantur delirij pericula, ab ipsis etiam cognoscetur amentia. Siquis subulcum se moveret super flum, sanum nunq haberet cerebrum? Si naretur cata-

Gaudia illorum triste.

Amaritudinem vocant dulcedinem.

Unde peccatoris infamia?

Ierem. 95.

Secoc.

Ecl. 1. 17. Malum discernere quorum pigeat studere.

phractus, nonne arreptitius? Si manus lavaret flammis, compos nunquid esse mentis? Huiusmodi ineptie facilius excusarentur, quam audaciae quae ab impijs concipiuntur: equidem pariunt ridentes iniquitatem, etsi conceperint affaturum dolorem. Ut iniquè agerem, laboraverunt: de quo alibi. Homo ita desipit, ut subsiliat super flamma vitam, immenso peccati pondere; quin cogitet, idem rumpi filium, ac detradi precipitem in infernum.

Capitur rebus in malis praecipit via. Ubi animus errat, optimum est casum sequi.

Caca est temeritas, quae petit casum ducem.

Inquit Seneca in Agamemnon. à vers. 144. Quis, ni demens, graditur super flactus maris mundi, ligatus catenis ac compediibus peccati, ubi tot naufragantur, ac sine pondere asciticio submergantur? Quis secum affertens tormentarium criminum pulverem, accedet tutus ad ignem? Necessè est huiusmodi audaces, in periculis ridentes, se fateri debachantes.

4 In respicientia Salomonis patet risus ex peccati delicijs. Omnem lapidem cupidiosus, multivulus movit, ut mundum miserum in caelum converteret, affluens delicijs, ac felicitate, quæ frui poterat sub Sole. En omnes orbis delicijs, sensus & animæ illecebras. Quid ergo? Omnium omnia omnino vanitas, & afflictio spiritus hominis, in delicijs procumbentis. Cunctorum voto potitus: at qualis ex cunctis sensus? Dedit (ait) cor meum, ut scirem prudentiam, atque doctrinam, erroresque

stultitiam. Quæ doctrina, aut quæ prudentia? Prudentia sanè ex stulticia erroris, est doctrina penitendialis, ne alij sollicitent discere, quorum pigeat studere: igitur cunctis afflictione magna scitis, discitur fieri insipientes. Magnum discrimen, in huiusmodi scholam dedere cor, aut voluntatem; vel tradere in intelligentiam rationalem mentem: equidem non erit rationis emota furor, si voluntatis cognoscitur error: verum stultè sequetur errorem, qui dederit voluntatem. Singulare sanè gymnasium, quo prudentia acquiruntur modus & ratio, ex fatuitatis studio. Ex ignorantia in scientiam procedere, studium præclarum homini: ceterum versari in amentiarum studijs, est contra vanitatem rationalis: cur ergo Salomon intendens in humanam prudentiam, cor dedit in stultitiam? Secutus est, quam felicitatem vocat mundus, quam gloriam dicit stulti-

us, ex licitis prolabendo in illicita, & adorando tanquam cordis idola, in quorum cultu minus inest peccata, si satageret prius oblivisci, quam proficere. Procumbat in iucunditatem, & offendeat merorem. Quæretur delictum, & invenietur tadium, amaritudinem in gaudio, absinthium in prolabio, molestiam in votis, angorem in possessis, sollicitudinem in amissis, sine voluptate in voluptate, quippe quam plena amaritie. Hæ sunt deliciae, vel cruciamina? Gaudia profecto mundi, sub delictarum specie, appetitum præstigiosè vellicantia, ac accedentem supplantatione fallentia, captivitate intellectus, ut sine reflexione gliscat morbus: Salomonque stulticia vocat studium, cunctam universitatem delictarum; quoniam quæ studiosis insipientibus videntur gloria, angores animi & vacuitates cerebri. Vigilanter Hispan. Glorias para vanas apprehensiones, y son todas en realidad disparates.

5 Ulterius. Omnem enim animum profudit in vanitatem, in fastum, ac luxum ostentationem. Omne studium in fragilem corporis vitam, sine ulla cogitatione in æternam. Totus conatus in hocce exiliam momentaneum, quin aliquando patriam inquireret caelum: hocce studium à respiciente laborare insaniam; quippe sine discretionem summa insipientia, propter corpus indulgere enixim genio, & pro anima nihil cogitare de futuro, quæ tendit perniciter in infernum, dum illud submergit in pelago delictarum. Hæc est prudentia mundi, atque doctrina delirantis faculti: his facultatibus suffocatur ratio, & mentem amittit homo: stulticiaque in errore sub prudentia ac doctrina latet specie; ut clareat, quam impotes mentis, qui student genio in delicijs: igitur nulla maior delirantium insaniam, quam quod illis videatur prudentia, ineptissima stulticia. Stulticiam stultissimam videbimus latè Tom. 5. Tautolog. 8. ad illud 1. Reg. 25. 25. Stultus est, & stulticia est in eo. Stulticia est, sequi in delicijs illicita contra ius. Stultissima stulticia dicitur, ubi uti stulticia non cognoscitur. Primum est error stulticiae, quippe errat: secundum stulticia erroris, quippe delirat: equidem error nimis, dum hinc inde debachatur insanus; non solum non cognoscere errorem, sed se vocare prudentem.

6 Stultus factus est omnis homo à scientia: inquit Ieremias. Nihil mirum, si stulticia veniret ab ignorantia: & singulariter in studiosis seculi venit à scientia; quoniam

Qua in msa do videtur deliciae, vacuitates cerebri.

Mundanis stulticia videtur scientia.

Ier. 10. 14

Qua stulticia stultia?

Stulticia est...

Chartar. Fortune dupli facit.

Stulticia laborare pro molestia.

Stulticia laborare pro molestia.

Plal. 50. 15.

Plal. 49. 16.

magis ac magis stultescit cerebrum, ubi cor traditur in disciplinam voluptatum. Scire huiusmodi scientiam, non est sapere, sed desperare: ununturque scientia & stulticia; ut conset stultissima scientia: igitur uti scientiam stultissimè plaudunt, ubi magis studentes vacuo cerebro desipiunt. Hinc Salomon annectit scire stulticiam, dum didicit mundi scientiam: siquidem mundus ita vesanus in huiusmodi appetitus, ut quos fugientes viderit, stultissimos iudicet: sequè omnino prudentem, cum furiosus ex abrupto præcipiter in errorem. Fortuna olim duplici facie colebatur, nigra & alba. Candido vultu, & atro ait Chartar. de Imagin. fol. 304. Cui alba ostenditur, atra demonstrabitur; equidem stat diversus aspectus in versione vultus. Arbitratus est Salomon subridente alba fortunâ, inventurum gaudia; & fraudatus est à desiderio; deceptus candoris vultu: igitur sequens phantasmam imaginis, vultum amplexus fuliginis. Cogitavit posse habere deliciosè delicias; ceterum fovit molestias: quærebat sine amaritudine voluptatis dulcorem; ac tantum expertus est doloris amaritudinem: laborare in felicitatem gaudij, ingerit læticiam cordi. Prudentia est per labores pervenire in gaudia: stulticia laborare pro molestia: & in stulticiam asserit incubuisse totum studium, ut à cæteris exulet delictarum propositum: equidem laborare & cruciari ob voluptatum tormenta, est error & stulticia. Veritur fortuna & fallit, quo incautos illecebrose pellicit: igitur candidam ostendens faciem, aspergit statim cum cachinno fuliginem. Hic est error, quippe non cogitabatur: additurque meditanter stulticia, ut perspicua sit insaniam: quandoquidem etiam cognito errore, exulat respicientia. Si mens esset, ab errore desipientem removeret: altruisque insanos inquirere laboribus voluptates; quia ignorant cæcè laborare labores.

7 Docebo iniquos vias tuas & impij ad te convertentur, inquit Psalmographus. Ille? Et vias Domini, qui aberravit à lege? Dicit Deus: Quate tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? Tu verò odisti disciplinam, & projecisti sermones meos retrorsum: cum adulteris portionem tuam ponebas, lingua tua concinnavit dolos. Qua ergo facie arguet devios in detestationem criminum, qui stetit diuturno tempore etiam in via peccatorum? Propter molestias acceptas, potest dirigere in vias: iun-

gitque transgressorum conversionem, ex primendo criminum amaritudinem: equidem si ex illius acerbicibus, animi corporisque doloribus, in legis semitas non convertantur; nullo modo, nec tempore convertentur. Cum in homine sit appetitus rationalis, & sensibilis; huic videtur dura semita legis; & rationi videtur via iniquitatis. Quia semel David calcavit, pluit calamitatibus æther, quin respirare tantis laboribus possit: docturumque se dicit, qui delicias amant, ut à laboribus quiescant: igitur si sensui videntur duræ semitæ legis, voluptatum rationi sanè duriores; quippe quilibet expertus delictatum molestias, libenter arcta custodia observabit vias duras. Videte incurfus, vidit David mulierem & corruit: illa concepit. Ut claretur, quæ non excogitavit? Quæ pugna cogitatum, ut obtineret propositum? Hinc traherat officij auctoritas, illinc foemina de honestas, præclaraque viti fama, dedecoris protus indigna, & quod audiret male, qui meritis plauibus nonnunquam audierat optimè. Exitum ex austractu explorabat, nec inveniebat. Inter malleum & incudem tendebatur anxius, nec micabat exitus. Quid ex tantis? Deliquit plenum rationis. Sese excaecavit, ut videret lumen, amisit mentem, aliud turpini incurrit in crimen, insipienter perdens post perditam naulum, proiciens post simulacrum lorum, neiciens magis irretiri, quo gauderet egredi: hæque molestias, sese promittit docturum in vias præscriptarum legum, & conversionem impiorum: quoniam ad toleranda lubidinum mala, quæ à mundo vocantur bona, vel in homine insensibili non est patientia.

8 Invenit Christus hominem languentem in Piscina Probatica, triginta & octo annos habentem in infirmitate sua. Ex delicijs ortus morbus, quo tanto tempore iacuit: Christus tam à languore, quam à peccatis absolvit, inuncta penitentiâ, ne iterum faciem verteret in crimina. Tolle (dixit) grabatum tuum, & ambula. Quinam Salvatoris intuitus, dum homini quo impossibile lectuli onus? Per grabatum quippe, in quo carnis est requies, ipsa caro signatur. Porta tentationis carnis, in quibus bacchanis iacuisse, ac revertere ad conscientiam tuam, ut videas, quæ fecisti: inquit Greg. Magn. in Beethiel. 22. Homil. 12. Quomodo visurus quæ fecerat, ubi valens lectulum sustentabat? Quæ fecerat, placebant voluptati, sed displicebant rationi. Iacebat in malis, quasi egeret in delicijs

Leges peccatorum crudeliter.

Perplexitas ex vitibus criminum.

Ioan. 5. 84

Greg. Mag.

Peccati gaudia sunt onera.

Ddd sum

summis, nefciens onus, quia tam ratione, quam corpore erat infirmus: & postquam ab infirmitate furexit, iustus est, quod onus tolleret: ut cognosceret ex agritudine sanus, quod esset onus. Non onera arbitrat, quibus voluptas nocet; quoniam ratio simul cum corpore iacet: & ubi salus menti ac corpori restituitur, ut videat quæ fecerit, lectum tollere iubetur; quippe insigne miraculum, quod ferret sanus, quæ tolerabat infirmus: equidem sine gratia, quæ portaverat, portare videbatur impossibile.

Christof.

9 Chrysothomus Homil. 30. in Matth. ait: Tolle grabatum iussit, ne multi non signum verum, sed phantasmate factum dicere auderent. Phantasticum, & quod patebat ad oculum? Phantasticum, Penitentia salutaris imponitur absolutis à gravitate criminis, ut penam intemperantia rependatur voluptatis: & ne phantastica consideretur salus, à sano portatur, quo iacebat, lectulus: equidem si penitentia, tolerare; videbatur quasi phantasticum, impossibile, portare ut penitentias impositas, quod tanto tempore lubitò sustinuerat per delicias. Propter satisfactionem criminum, datur valenti sustinere lectum, ut discat semitam respicientiæ ex voluptatum gravamine. In lectulo iacenti erant dulces dolores, quoniam cupiti: & gratæ molestiæ, quia voluntariæ: & huiusmodi onera pro salutaris imponuntur penitentia; ut cognoscat esse naturæ atque conscientia gravamen, quicquid iacens in peccatis concupierat ut mulcimen.

Homo in penitentia remittit, quod laborat in peccatis.

10 Denique: qui accedebant, ut viderent, minime de eius interrogabant salute; sed tantum de præcepti acerbitate. Quis est ille, qui dixit tibi: Tolle grabatum tuum, & ambula? Non illis videtur grave, sic iacere; & ambulare siccine, videtur grave? Maius miraculum erat Surge, quam Tolle, ut potè pharmacum in animæ vulnus, ubi simul verbo revalebat corpus: de animaque tacent impij; quia non respiciunt in salutem animæ. Quis est ille homo, qui dixit tibi: Tolle grabatum tuum, & ambula? Quisnam? Cur interrogant? Quod tacere conantur, magis evulgant. Frequens invidia malignantium fructus, ex suppressione maiores elicere plausus. Lectulus eræ catagraphum criminum paralytici: & inimici plus tunc famam extendunt miraculi, inquirentes quomodo tantum onus sustineret, & ambularet; quoniam extollebat miraculi magnitudinem, quod tanto tempore & onere vel movere

Verf. 12.

Salutē anime abdicant impij.

posset pedem. Quis te iussit sic ambulare, cum ambulare sic, videatur omnibus impossibile? Quis est ille? Videtur namque phantasticum, specie subsidij ministrare tormentum. Quis est ille? Iesus. Nunciavit, quia Iesus esset, qui fecit eum sanum. Non perfecte sanaret, ni siccine ambulare iuberet. Iesus imposuit voluptatis ærumnam, in appetitus indomiti respicientiam equidem cum delectaret doloribus, quiesceret infirmitatibus; imposuit delicias lectuli pro penitentia corruptelæ vitæ: siquidem à me portante (restitutà ratione) lectulus non cognoscitur lectulus; sed animæ, ac corporis crudelissimus eculeus.

11 Lepidè occurrunt levia, ut procedamus paulatim in maiora. Consideremus luxum vestium & modum. Quis non rideat, dum graditur membris inflexibilis scemina, ubi pro zona induit non domabile thoraca. Vulgo: Cota, y cotilla. Non ornatur, sed gravatur: non colitur, sed opprimitur, quin possit rectè dirigere gressus ob vestium pondus & pondus, partim tecta, nuda partim, sed lorica. Hoc est luxuria propositum (ait Seneca Epist. 122.) gaudere per-versis: nec tantum discedere à recto, sed quam longissimè abire: deinde etiam contrà stare. Unde Ovidius 3. de Art. v. 217. Ista dabunt faciem, sed erunt deformia visu.

Multaque cum sunt turpia, facta placenta. Quid vici repunicati, figuræ ludicræ, plociaci culti, crinibus pexi, Narcisi calamistrati, qui ut pupule pictæ oggrassantur Lycantropi? Nostates: Llenos de perisfollos, Adonis à lo viatulo, titeres, y muñecas, echos tarascas: equidem etiam pro gladio, insigni virorum, portant palustrem gladiolum. Quid si proci? Semper lucifuga, angulos terentes, domibus insidiantes, studentes contentionibus, procumbentes vulneribus, nocte vigiles, excubias agentes, & perpetuò bambaliones. Sunt, qui officia lucis, noctisque pervertunt: nec ante diaucunt oculos, quam appetere nox cepit; qualis illorum conditio, quos natura (ut ait Virgilius) pedibus nostris subditos è contrario posuit.

Nosque ubi primus equis oriens afflavit anhelis, Illis sera rubens accendit lumina vesper. Ita Seneca, ubi supra. Quid molimina calumniatoris? Quid embolia malignitatis? Quid sollicitudines avari? Quid mortuus invidi? Quid artificia fumivenduli? Quid internæ torsiones Polymeccaci? Hæ leges

Verf. 15. A respicientia cupiditates dicuntur acerbitate sumi dolores.

Verf. 15.

A respicientia cupiditates dicuntur acerbitate sumi dolores.

Vestiu usut non in vestem, sed in gravamen.

Senec.

Ovid.

Quid vici? & qui cum tui?

Senec.

Virgil.

Labores proci.

ic.

severiores, quam Draconis, scriptæ sanguine (ut aiunt Plutarchus in Solon. & Gell. lib. 11. cap. 18.) sed inviolabiles, uti leges mundi, præscriptæ à vero infernali dracone. Hos labores quos lubitò portat homo, ni portarentur lubitò, vocaret intolerabiles: lectulusque iubetur portari in humeris; ut illecebrarum confect onerosa gravitas, atque amara aviditatì voluptas: equidem si in satisfactionem commissi criminis, mundi imponerentur leges; uti penæ intolerabilis ob inauditum cruciamen, gravatì grabato peteret commutationem. Unde in cunctis voluptuosis claret amentia, & voluntaria insania, libenter sustinentibus onus: quo corda atque rationem aggravat mundus: igitur ni essent fanatici amentes; nec pugnant, nec caderent sub delicijs.

Qui Rex Nemorensis?

12 Romæ dicebatur Rex Nemorensis condicione fugitivus, qui Dianæ insulatus deserviebat facris: hac condicione initiatus, ut defenderet ferro, quod pridem acquiserat homicidio: equidem cum quolibet obvio compellebatur pugnare, ac remanebat in munere, quousque ab altero turbaretur successu simili: de quo Nos latè in Ephemerid. die 26. Februar. En adumbratio peccatoris, genio incumbentis, qui fugitivus à lege pro fugace maiestate: equidem morte semper insidiant, pavidus vivit, quandiu fortiori placuerit, quin fugiat officium, quavis sciat non mortuorum tantum, sed interficiendum. Dialecto nostrâ vividè: No dexaràn el error, aunque conozcan que les ban de matar: igitur ita insatuatur, dum à delicijs caducis urgenturque foveant totis viribus amentiam, quavis etiam amissuros vitam. Conservare manus, pugna diuturna: mors illorum alterius victoria: mortisque obliviscitur, ut pravaricans amplius prævaricetur. Futura nihil pendit, furor inducit, in omnem alcam proiectus: igitur ita insatuatus; ut dicat, animum despondens, dum lethaliter petitur: Quod moritur, moriatur; & quod succiditur, succidatur.

Typus peccatoris.

Zachar. 11.

13 Rex prorsus Nemorensis, passus vertiginem, obijcitur Sedecias; dum viribus conabatur defendere vires fractas. Interrogabat Ieremiam, an eius faveret delirio, minime ut separaretur ab amente conatu. Si cesserit, vitam illi Vates promittit: exterminium, si non cesserit. Sollicitus sum (ait) ne fortè tradar in manus eorum, & illudant mihi. Respondit Ieremias: Non te tradent. Audi quæso vocem Domini; quam ego loquor ad te, & benè

Ierem. 38.

tibi erit, & vivet anima tua. Si à Vate de eius salute interrogato ruinam cognoscit; quare insatuatus non cedit? Quia insatuatus. Bona illi spondet, si recedit à proposito: verum surdescit, quavis veniat vox de celo. Potius eliget mori, quam carere maiestate, atque rationi cedere: equidem dirior mors improbis, legi obedire rationis. Benè tibi: parvi ducit esse benè: igitur nil laboriosum, si voluntarium. Cedere & recedere, ut eius vivat anima, suadet Propheta; quippe profectò cader, ni respuerit: & adhuc animæ proposito momento, non recedit à proposito; ut clareat quàm gravis amentia, quæ voluntaria: quandoquidem præ lubidine, ignorantes faciem penitentia, minoris pendunt salvationem animæ. Penituit, sed respicientia serò venit: igitur penitentia locus parabatur in anima; quando locum non habebat penitentia: iam ergo ante lumen incurrerat in excitationem: siquidem utroque lumine orbis, regno ac maiestate privatus, quia respicere noluit, post non potuit, ut videret.

Nulli cedit, ut se præcipiat.

14 Causa ficta in tragœdia Penthei, interfecti à genitrice. Lancinabat filium, & arbitrabatur ursum. Trunca sed ostendens doiectis vulnere membris.

Fabula Penthei.

Aspice mater, ait: visis ululavit Agave, Collaque iactavit, crinemque per aëra movit.

Ovid.

Avulsūque caput à digitis cõplexa cruentis, Clamat lo comites: opus hoc victoria nostra est.

Accinit Ovidius lib. 3. Metam. fab. ult. & Euripides in Bæchis à verf. 1260. Unde ergo cognovit, quem antequàm interficeret, non vidit?

Euripa.

Oculos in caelum attollens, Mentis compos, mutat à priorè mente, ait: Misera veritas, ut non in tempore ades. Filium Agave mater non videbat nisi in odium, & quasi scopum in telum, exultans de iniquitate, quasi de egregio facinore: & non videns vidit, quia oculos in caelum vel furiosa levavit: igitur non ita amentes sese præcipitent in prolubium, modò respicerent caelum. Habuit semper de quo doleat, quoniam quæ gloriantur agebat, non cogitavit: restituiturque, celo inspecto, furoris intelligentia, ut cognoscatur vesania: equidem si amentes homines corrumpunt in crimen, non alio, nisi quia nolant contemplari æternitatem.

Remitt respicere in caelum.

15 Bestia factus est Nabuchus, igitur etiam hominis amittit sensus. Cuncta in Ddd 2 folio

folio pro libito agebat : quos volebat humiliabat, quos volebat exaltabat : & ut cognoscere quanam eius interiora, visus ut bestia. Cum vexatio det intellectum, etsi pertinaces impellat in precipitium: *Post finem dierum ego Nabuchodonosor* (inquit) *oculos meos ad caelum levavi, & sensus meus redditus est mihi.* Iam habet mentem, cui nec illacebat lumen. Felix lapsus, cuius dolore restituitur sensus. Alia de impijs à Davide auditur vox, resistentibus etiam dexterae potentis Dei. *A resistentibus dexterae tuae* (ait) *custodi me: oculos suos statuerunt declinare in terram.* Id est, *Nolunt redire in gratiam*; inquit Genebrard, hic. Qua ergo de causa Nabucho amissa ratio redditur, & horum mens sepelitur? Hi statuerunt oculos declinare in terram, ut quicquid aeternum fugeret planè memoriam. Non solum oculos inclinarunt, sed inclinare statuerunt; etsi opposita iura, ut sopiretur amentia. Statuerunt sequi agmina cupiditatum, quantumvis exercitus occurreret tormentorum. Unde cum gaudia vana illos duntaxat moverent, & amentes in gravitatem ducerent; remanserunt debacchantes sine mente, quoniam noluerunt neque caelum respicere: Nabuchoque vel amissus sensus redit; quia oculos dolens usque in caelum levavit, adeptus mentis, quæ perversa sanitate, igitur ultra cuncta transitoria erexit mentem. Cerebrum impiorum vacuum, quippequam vivunt quasi non esset caelum. Dextra Dei ut redeant in frugem, in delicijs miscet acerbicatem: verum impunitens cor resistit dexterae Dei: & à resistentibus eius dexterae, perit David custodiri; quoniam nunquam redibunt in gratiam, qui oculos statuerunt declinare in terram. Quare apud illos, dum obruit scelus scelus, ut ait Seneca in *Agamemni*. vers. 150.

Senec. *Res est profectò alta, nequitia modus.*

DIDASCALIA II.

Peccatum cecitas cordis & furor mentis.

Pessimè in vulnera relabitur cor, ubi quæ uti vitia odio habenda, mores sunt. Amentia est, quum ex vitijs delectatio: cecitas cordis & furor mentis, ubi complacentia ex vitio: consummaturque infelicitas cæcæ atque furenter tenden-

tis in erimen; quippe turpia non tantum delectant, sed etiam placent. *Omnia in omnibus vitia sunt* (ait Seneca. 4. de Benef. cap. 27.) *sed non omnia in singulis existant.* Sic in causa: at in effectibus vitiatorum patet e contra: siquidem cum effectus criminis amentia, cæcitas & furor mentis; singula in omnibus, & omnia in singulis. Ergo consideremus, ut dicit idem *Traged.* vers. 990.

Quò se cæcus invertegit furor.

Si Solem intelligentiæ nubes vitiatorum obsecurant, amentes prorsum in tenebris ambulat. Dum ratio languet, concupiscentia prævalet; quia occidua, vel passà eclipsim ratione, densiores oculis obijciuntur umbræ: quare cæcitate obruta ex concupiscentiarum intemperantia, precipitantur in maiora crimina.

2 *Oculi stultorum in finibus terre*: inquit Salomon. Id est, *in pedibus.* Singulare aliquid signat huiusmodi oculorum collocatio, quasi lumina haberentur in occipitio. Oculi delicatissimi sunt, sed stulti ita furiosi, sicut illi delicatis: semper offendunt dum ambulant, & semper ambulantes cæspitant: habetque lumen oculorum in pede, quod collocatur in facie; quippequam offendere usquequaque contendunt, quanvis oculi frangantur. Lætio pedum claret levis: vel levis oculorum, dolet ut gravis: & ut offendant, oculos statuunt in pede; quia nequeunt pedem movere sine offensione. Qui oculos habet in facie, dirigit pedem, ne cæspitet. Qui habet in pede, postquam offenderit, videtur vocatque Salomon stultos, qui in pedibus habent oculos; igitur nimis stultum, lapsum videre post lapsum. Aptius oculi locarentur in gressibus alienis, quam in proprijs, ut conditio claretur stultorum, hinc inde cuncta intuentium: equidem cum non videant, quò cæspitant ipsi, sed quò proximi; ut novent malignè gressus, convertuntur in Argos. In pedibus hæret stultorum intuitus, ut erumpat conditio, quam fovet peccus. Intuitus illorum pravariationes, lex illorum fractio legis, ratio prolubia voluntatis, licitum & illicitum iuxta voluptatum fines: in finibusque terræ collocantur oculi, quoniam illorum stultitia sine fine. Quod videtur prudentiæ cautio, est discriminis expressio: equidem cum in pedibus oculos figant, & ponentes simul lumina claudant; ab iniquitatibus corrumpunt in iniquitates, quia stulti non vident ubi collocant pedes.

Hispan. *No saben por donde van.* Per oculos notatur hominis intelligentia, ut observat Pier.

Senec.

Vitia prævalent, dum placent.

Idem.

Prov. 17. 24.

Improbos malignat.

Stupiditas, & curiositas.

Pier. Valerian. lib. 33. *Hierogl.* cap. 25. & ut demonstretur stultus, oculi collocantur in pedibus; quippequam dum pedem motum in concupiscentiam librat, in quolibet gressu intelligentiam proculcat. Si oculis cæci sunt, etiam precipites eunt: & ut patefacat cum cæcitate furor, oculus in pedibus collocatur; etenim minimè impetus resiliet in peccatum, quanvis videant precipitium. Ratio in concupiscentiam inire certamen, ceterum vincunt sensibilia rationem; quin dolores: compefcant audaciam, quum foveat furiosi amentiam: quandoquidem cruciamina haud appetret homo, ni haberet furens oculos in calcaneo. Vernacule urbanus: *No galanteára el dolor, sino tuvierá la inteligencia á los pies.*

3 Consideremus Rodigum. Partà divitiarum portione, hæreditario iure, adhuc patre superflite; sequens aves volantes, & stantes ventos, in peditionem gradiebatur prodigis: igitur lubricam fovens fortunarum fortunam, profectus est in regionem longinquam. In quam regionem? Nescitur theatrum: & ille nescit, etiam ubi pedem posuit. Ita infans, ita rationis inops, ut nesciat tellurem, pergens in peregrinam regionem? Ita infans, ita furiosus sub peccato venudatus. Præcepta vehabatur à concupiscentijs: externatus trahabatur à delicijs. Expers mentis sequebatur mundi gaudia, & voluptatum blandimina: regioque taceret, ubi miser in tot calamitates devolvitur; quia oculos clausit, ubi illos in pede posuit: siquidem in regione quæ pergit, nescit quò vadit. Sciens quò iret, sanè declinaret semitam, nè in inextricabilem se committeret viam: prudentiam omnino amisit, dum sic pergere decrevit: igitur ita cogitationibus extrarationem infans; ut prorsum nesciret, quò dirigeret gressus. Cæpit igitur egere, sapiens infelicitate, qua luxuriæ remissi motus. Sine Cerere & Baccho friget Venus. Unde urgente fame vexatus, dicitur *in se reversus*. Extra se erat? Utique. Merfa erat ratio in cupiditatum profunda cogitatione: peccatum fecit phreneticum: frequentia furiosum. Erat extra se, etsi secum rationem habebat, sed non usum: & ubi respuit à tyrannide status, dicitur in se reversus; quoniam peccatum sic extra se secum habuit, ut nesciret oppressus ubi ellet. Influxit proximitas appetitus rationalis & irrationalis quati in communes species; ni intellectus innatà vigilantia tradat concupiscentiam in vincula. Si dormitat, ipse vincitur & vincus capitur. Primò mulce-

tur & mulsus obnubilatur, ita ut habitus trahat, quò vel captiva ipsa ratio repugnat: etenim cum phantasia huiusmodi consuetudine, duntaxat admittat species concupiscentia; tanta est urgentia pessimæ inclinationis, ut boni vel rationis nec species. Ita opprimit sensuale bonum iudicium, ut non efformet unquam dictamea rectam. Unde impius sic mancipatur passionibus, sic obnubilatur criminibus; quòd qui crimen execrabile committit, committendo non cognoscit.

4 Exponenti Christo prodictionem ab uno comitum, qui induerat diabolum, merentibus cunctis in signum horrois, equidem scelera gravia quisque timer, etiam si facere, vel fieri non posse putet, quia rationem faciatis terror; respondit inverecundè insidiator: *Nunquid ego?* Vividè protulit execrabile intentionis conamen, dum peccatum ultra fidem. Vide dicta *Tom. 2. Tautol. 7. Didasc. 10. num. 111.* *Continuò cuncti quaerunt quis talibus ausis Insano tantum cepisset corde venenum? At Iudas graviter tum pectora conficiat pressus,*

Nunquid, ait, Iudam talis suspicio tangit? Respondit Dominus, te talia dicere cerno. Ut canit Iuvenus lib. 4. *Evang. Hiflor.* à vers. 439. Infelix homo (si homo sicne deditus diabolo) non sat stellionatus vastri pectoris, ut addas cogitationem abstruse cogitationis? Conscientia pungit acuminato mucrone, & conscius audax dubitas de foto scelere? My! Conscientia? Neque morder, neque pungit. Non solum abominabili culpa laborat amentia; sed cæcitate cordis, & etiam furore mentis: siquidem conscientia sanè obcecata, si non remordet conscientia. Infrunita illa in crimina propensio extra se tulit, atque rationem absorbit. Intelligentia læsa turpiter ignorabat, quod in reatum malignanter sciebat: & ipsemet conscius interrogat crimen; quippe consensus iam perverterat mentem. De malis in mala devolutus, in singula grassabatur infans. Habitus consuetudinem cumulavit, & consuetudo ita in naturam malignitatem reduxit; ut præ malitia nesciret, quod malitiosè faceret. Unde cum sine iudicio non discernere posset factum à cerebro; in proditione quam cogitavit furor, interrogat phrenitide, an ipse proditor?

5 Astipulantur acumini verba ad illum Salvatoris vel offensi. *Quod facis, facis ipsius, antequam reverocis à furore, pravariata mente. Ne citò feceris, non per-*

Cecitas peccatoris.

Luc. 15. 13.

Nescit quò vadit.

Vers. 17.

Extra se vivit.

Math. 26. 26.

Iuven.

Deploratus, si nullas conscientie motus.

Præ malitia nescit, quod malitiosè committit.

Ioan. 13. 17.

ficies: equidem tantum nequit cogitare scelus, nisi ex abrupto furiosus. Quod facis, fac. Chrysothom. hic. Age quod agis, ait, ut malitiam & impudentiam objiceret & exprobraret. Unde exprobrata malitia? Ex eo, quod iubetur facere, quod faciebat. Non sunt voces implicatoriae, quasi aliter non posset fieri; sed signum furentis amentiae: igitur malitia sic mentem in cogitatione obruit, ut quod faciebat, nesciret. Nihil magis pudet rationalem, quam vivere extra rationem: objiciturque malitia, ut furiosus revocetur ab insaniam: igitur ita pravitas agitans mentem immutat; ut agens neficia quid agat. Id expressit e cruce in oratione Dominus: Non enim sciunt quid faciunt. Iudex non approbat, quod advocatus excusat. Parentes sunt, & extra se: nescireque dicit crimen, dum pravalia diritas amovit mentem; quippe toto corde averfarentur foeditatem criminis, ni phrenetici, furentes. Obiecit Christus coram oculis malitiam, ut ex visione cerneret respicientiam, ac revocarent impetum pravum ad rationis frugem; criminis respicientes turpissimam foeditatem.

6 In pelle variegata tigridis quasi in ectypo depinxit natura maculas efferrate inclinationis. De illa Albertus Magnus lib. 22. de Animal. tract. 2. cap. 1. asserit, quod pulchrior, saevior: in iconem voluptatis, quae magis insidiatur sub specie pulchritudinis. Aliter Ambrosius in Hexaemer. lib. 6. cap. 4. Ubi vacuum rapte prolis (inquit) cubile repererit, illic de flagijs raptoris insistit: at ille, quanvis equo vectus fugace, videns tamen velocitate ferre se posse praevirti, nec evadendi ulum suppetere sibi posse subsidium; technam huiusmodi fraude molitur. Ubi se contiguum viderit, sphaeram vitream proicit: at illa imagine sui luditur, & revocat impetum. En speculum peccatoris reflexione veritatis. Haec fugit sublatis catulis, cordis idolis; in quorum adorationem pro consecratione voluptatum pernix voluntas: pervolat cursibus & incurfibus aras, quin se respiciat furentem, dum persequitur deliciarum astu raptorem. Tunc homo ut tigris furit, fremit & tabescit, dissecatur corde, rumpitur rabie, commotus in spumam usque bile: veritasque, ut canit Valer. Flaccus Argonaut. lib. 1. vers. 490. — Haud aliter saltus, vastataque pernix Venator cum iustria fugit, dominoque timentem Urget equum, teneras complectens pectore tigres.

Chrysoth.

Quod perficit, facere non cognoscit.

Luo. 23. 34.

Alb. Magn.

Voluptas ad instar tigridis.

Ambros.

Peccator furiosus quomodo revocandus?

Val. Flacc.

Quas astu rapuit pavido, dum saeva relicta Mater in adverso catulis venatur Amano. Sphaeram vitream super tellurem ejaculat, ut peccator se respiciat, horridum, turpem, furentem, hinc & inde debacchantem: equidem ita foeditas peccati vel in effigie; ut impellat iam impulsus praecipitem revocare Quibusdam profuit aspexisse speculum. Perturbavit illos tanta mutatio sui: velut in rem praesentem adducti non agnoverunt se: at quantum ex vera deformitate imago illa speculo repercussa reddebat? Ita Seneca de Ira, cap. 36. Iam unguis extensus in idum, sed riget brachium suspensum, deponendo furorem; quia propria videt imaginem: igitur etiam infrunitus peccator modo se vidit, sese ut horribilem horret.

7 Arguam te, & statuum contra faciem tuam: dicit Dominus caeco peccatori, de iniquitate in iniquitatem prolabant. Exponit ibi flagitium, ut monstruositatis non lateat causa. Ita Crucius in Periphras. Irrides alios, intexis callidus omni Arte dolos, etiam fratri convitia dicis: Deducoraeque tua matris germanus alumnos.

Has scelerum furias, quod non sit poena secuta,

Me similem rebare tuis? Hac est enim perverfa peccatoris cogitatio, absque ullo mentis iudicio: sese scilicet, excitare ut magis Deum offendat, quia ille in poenitentiam dissimulat. Nos declinantes in malum & inutiles factos aliqua hora aspiciat Deus, & parcendo nobis in hoc tempore, quia pius est, & expectat nos converti in melius, dicat nobis in futuro: Haec fecisti, & tacui. Hucusque N. Legislator cap. 7. Regul. Sancti. grad. 1. Vacet, ut doleat qui fecit: verum severissimè arguit; modò ex indulgentia declinet pronus in malum, cui tempus concessum in poenitentiam atque remissionem peccatorum. Arguam te (inquit) & statuum contra faciem tuam: Hebr. Instruam, & ordinabo ob oculos tuos. Arguam, instruam.

O clementia, quae etiam praestat in ipsa iustitia igitur hominem in ordinem instruit, etiam dum arguit. Pende. Arguam te, & statuum contra faciem tuam. Nonnunquam intendit misericordiam. Poterat reducere in semitam legis, flagellis atque poenis rationem hominis; & duntaxat illum ante faciem propriam collocat, ut se ex peccato respiciat. Se magis diliger, si se respicit. Nullo modo. Arguet acerrimè ratio. Tigris furens peccator est, cui ablatis

Senec.

Psal. 49. 25.

Crucius.

Ex Dei indulgentia peccatoris audacia.

S. Benedic.

Hebr.

Deus instruit, dum plectit.

catuli voluptatis, quos nutrietur in delicijs. Sequitur ac persequitur, & tunc speculum, in quo se videat, proicitur: equidem ultra pedem movere non audebit, si sese viderit. Arbitratur, visurum se hominem, & videt maculis tigridem. Formam uti in homine humanam; & intaeur truculentam belluam. Rationalis pulchritudinem, ubi nec ullum specimen: statuiturque, ut arguatur, ante rationis speculum; ut à furore incepto revocet impetum: igitur subsistet, atque suspendet in deturpantia conamen, si se videt ita horribilem. Homo concupiscentijs agitur, in vitia proruit, quia se non respicit. Nemo sanè alliceretur in crimem, si videret foeditatem: furensque sibi objicitur, dum seodem crimem persequitur; ut licet non doleat ob deitatis offensam, saltem poeniteat ob deformitatem propriam.

8 Fex non est exinanita peccati: ex illa bibunt omnes peccatores terrae, & ut ex poculis Circes, brevis voluptas avidos facis convertit in belluam. Canit Boetius 4. de Consolat. Philosoph. Metr. 3.

Miscet hospitibus noctis Facta carmine pocula: Quos ut in variis modos Venit herbipotens manus, Hunc apris facies tegit, Ille Marmaricus leo Dente crescit & anguidus, Hic lupis superadditus, Ille tigris ut Indica, Et nil manet integrum, Voce, corpore perditis, Sola mens stabilis, super Monstra quae patitur, gemit. Haec venena potentius Detrahunt hominem, Mentis vulnere seviunt.

Clarent voluptatum metamorphoses, & in quae indigna transeant rationales. Detrahunt hominem sibi: & objiciuntur specie; ut inspecto proprio damno, ex horrore appropinquet poenitudo: quandoquidem nemo visurus imaginem rationalis deturpatam, quin declinet in criminum poenitentiam, ut redeat

Tunc mens & sonus, Atque notus in vultu bonor.

Igitur cum ex facie conlter, quid crimem praestet; vel furiosior faciem non extendit in crimem, modò viderit qualem ex crimine faciem: quippequam expectans hominis, spectabit in speculo rabidae tigridis. Ex exteriori mutatione perlicet ra-

Rationalis ex peccato quomodo horribilis?

Boet.

Fabula Cir.

Boet.

Horat.

Voluptas hominem pervertit, & in belluam convertit.

tionis arumna, & indomiti appetitus in temperantia; qua excutit frenum, ut sequatur impetum: equidem cum venenum convertat in belluam, quos lactat seva dulciter voluptas; forma objicitur oculis, qua sibi pateat peccator horribilis: etenim suam prospiciens in speculo faciem, non videt hominem.

9 Deliquit fomite invidia Cain, & tulit de medio Abel, ne videret; quoniam livore percitus, magis caecurrit, dum viderit. Apparet Dominus, quem offenderat scelus; sed ille minime motus in respicientiam, Domino invitante in gratiam, & simul dehonoris demonstrante nobile exemplum: equidem in reconciliationem quaesivit vel offensus inimicam. Quid in tot amoris specimina delicti tenax? Quam inverecundus & audax! Qui nihil sperat, nihil timet. Aerius, quam fratricidio Deum pupugit, quam ex eo clementiam desperavit, exprimens furorem atque cordis caecitatem, et etiam habens ante luminaria mortem: unde dixit: Omnis igitur qui invenerit me, occidet me. Igitur? unde consequens? Nequaquam ita fiet: respondit Iudex.

Scit Caesar, poenamque peti, veniamque timeri:

Vive, licet nolis, & nostro munere (dixit) Cerne diem.

Nescio, an gratia vel poena: quandoquidem excedit inferendam vel crudeliter poenam, conferte inimico, quam minime sperat, gratiam. Unde igitur arguit, quod qui invenerit, eum protinus de medio tollet? Ex effectu criminis, hominem in belluam convertentis: quare post commissum crimem, ab obvio quolibet suspicatur Cainus mortem; quoniam nemo hominem credit, qui draconem vel serpentem pro homine viderit. Alstruitur contextu: Possit Dominus Cain signum, ut non interficeret eum omnis, qui invenisset eum. De medio tolleret inveniens monstrum, ni offendens videret signum: igitur quilibet vel metu percussus educeret promptè ex pharetra sagittam, vel à longè prospiciens truculentissimam belluam. Noluit se respicere in speculo conscientiae, estis feritatem cognovit, ut magis vulnere rationis laeviret: quandoquidem non averfabitur crimem, qui cognoscens non horret ad feritatem. Tigris sanequam intuens propriam formam haeret: peccator autem se tigridem noscens crumpit. Quid mirum, quod quisque intenderet arcum, in hominem, plus quam tigris, truculentum? Sic cecidit Cainus à

Inimicus facit in gratiam.

Gen. 4. 14.

Lucas.

No bilis vultu dicitur.

Verf. 15.

Peccatorum signum.

L. 2.

Alapid.

Lamech lethaliter vulneratus. Inter strepitum & motum foliorum indicavit Lamecho, ibi latere feram; & iaculatus occidit non feram, sed Cain: infit hic Alapid. Et Cain & feram. Erat bipedum nequissimus, quandoquidem tot cruciatibus in se nequaquam reverfus. Speciem hominis præ se tulit, crimine amittit: poterat in se reverti detestatione peccati, & mansit in fera specie, expositus uti fera sagittis, quando non objiciebatur ex homine neque species.

Hæcht.

Se fugit, & se fugere nequit.

Signa maligni.

Plutarch.

a. Mach. 9. 13.

Falsa penitentia.

Vers. 10.

Eccc lupi subitò sunt, arisque, canesque: Prudentesque prius, nunc ratione carent. Canit Laurent. Hæchtan. in Microcosm. Emblem. 53. Reccesserat Cainus in silvam, ubi aptam silvæ præfererat formam. Vagus, profugus, errans, se pertasus, hominum fugiebat contubernium, & rationalem consortium. Unusquisque quarit similem: & Cainus scelestus fugit hominem; quippequam nemo placidè ferebat, qui se ipsam ipse tolerare nequibat.

Fortuna ita superbos elevat, ut mentem tollat: ut sibi videantur posse fieri, quicquid possunt facere: verùm Deus cum impios premere incipit, urget. Quid in Deum & Deicolas non excoxit Antiochus Epiphaneus, id est, illustris, criminibus, non virtutibus? Ipsa species sentina malorum, ac simulachrum scelerum, speculum retortæ mentis, ac figura improbitatis. Altruit Plutarch. in Silla: & vidit: Flavo colore comæ, virtuti sese non esse decori, iactabat. Reliquis in moribus tanta inæqualitas, ut secum discrepare videretur: rapere multa, largiri plura, honorare indignos, violenter agere, colere quorum indigeret operâ, ludibrio habere supplices, adeo ut nesciat, utrum contemptoris, an assentatoris habuerit ingenium. Itaque cum ingenua fervore iracundiâ, durum & ultionis avidam se præbebat. Percussit Dominus blasphemum, & orabat à quo non esset misericordiam consecutus. Non dolebat animo, sed morbo: & cum misericordiam consequatur, qui dolore iniquitatum compungitur; mansit penitens in crimine, quia doluit de infirmitate. Qui paulo ante sidera cæli contingere se arbitrabatur, eum nemo poterat propter intolerantiam factoris portare. O spes mortalium! O calamitas Principum! Aula perperam olet, si Princeps fœter. Ferent aulici mores, nisi averferant nares. Ambitio caret sensu, modò odoratur commodum, quippe in alia non habet odoratum: patentque Principis quam purulenta vul-

nera; quæ nequibat tolerare ambitionis, dependentia. Tot dignati, tot ad munera cuncti Principem fugiunt? Nil micum, cum nec ipse iam factorem suum ferre possit. En effectus peccati, homine præ iniquitate furenti. Concipitur vomica in medio cordis, scaturiunt vermes, viscera exedunt, præcordia rodunt; & nihilominus peccati nec ulla resipiscencia, quantumvis torqueantur viscera: equidem ita stuporem opprimit, dum furens in mortem vomicam nutrit; ut contractam inflammationem in inflammationem non excutiat, cæsi seipsum tolerare nequeat.

Furor Thracum narratur ab Ulyse. Aldrovand. in Hist. Monstror. Tom. 4. cap. 1. fol. 103. Nonnulli (inquit) tempore tonitruum & fulgurum sagittas in cælum iaculantur, Deo ministrantes, quia nullum præter suum telum esse Deo arbitrantur. Inermem cogitabant Deum ultorem criminum; & inermis esset, si pleræteret iuxta multitudinem peccatorum. Unde Ovidius, lib. 2. Trist. Eleg. unica. vers. 33.

Si quoties peccant homines sua fulmina mittit

Iupiter, exiguo tempore inermis erit.

Cessat a supplicio, ingemito pietatis genio, vel dum homines terret pœna fulminis tonitruo: apteque sagittas ministrant fulminanti pro admisso ab homine crimine; quoniam non alias clemens in supplicium habet, præter quam illas quæ peccator mittit. Mittit Deus in fulminibus sagittas suas, ut peccatores luant iniquitatum pœnas, vel removeantur mala, ex quibus fabricantur cœlestia tela. Loco compunctionis & resipiscencia denudatur frons audacia, augentque crimina, ut angeantur iacula, furentes in ipsa iniquitate: igitur ita præ peccato cæci; qui ubi sagittis criminum cœlum magis iratum, mittant sagittas in cœlum. Ego iratus sum parum, ipsi verò adiuverunt in malum: dicit Dominus. Claret populus ex criminibus phreneticus: equidem si esset dolor, vel non instigaret furor; & cessaret supplicium, sibi consolerent, & nequaquam ut auferent. Mittuntur de cœlo mitia mala, ne descendant graviora supplicia: ipsique adiuvant in malum, tela mittentes in cœlum; quippe exitate cordis, ac furore mentis non cogitant, quòd quæ ut peccata mittuntur, ut sagittæ in mittentes retorquentur.

Quodque habet proprium furor, In se ipse sevit. Veniat inuisum scelus, Errorque & in se semper armatus furor.

Peccator est, & sibi gravis.

Vers. 12.

Aldrov.

Ovid.

Deo præbent peccatores instrumenta supplicij.

Zachar. 14. 15.

Et iritant iram.

Seneci.

DI.

DIDASCALIA III.

Timentes timendi.

Frâcis. Bergom.

Seneci.

Præsi subditi cur similes serpenti.

Ovid.

Maximè si Præsi simpidus.

Piæto inter retia dracone, virus vomente, & digito illato in os, sed incautè, apposita hæc epigraphe: Timentes time. Vide Imagin. Aulfric. in Rapotone, fol. 9. 1. part. & Strad. Tom. 3. Symb. 86. Norma sanè prudentissimi Principis, ne fidat facile perfidia peccatoris: equidem venenati, etiam subacti, timendi: simulant vafre cicurum adinstar, obsequium & subiectionem; ut tutius evomant stomachi amaritudinem. Idem faciet, cum idem poterit (inquit Senec. Ep. 42.) Maltorum, quia imbecilla sunt, latent vitia: non minus ausura, cum illis vires sue placuerint, quam illa que iam felicitas aperuit. Instrumenta illis nequitia desunt. Sic tunc serpens etiam pestifera tractatur, dum riget frigore: non desunt tunc illi venena, sed torpent. Maltorum crudelitas, & ambitio & luxuria, ut paria pessimis audeat, fortune favore desit. Eadem velle eos cognoscet: da posse. Necessaria semper proculcatio, ne possint; quippe potentes inficiant. Rumpuntur intrinsecus, quia in damna non datur locus: ægrèque ferunt legum rationalem servitutem, qui propter venena obtinuerant in leges omnimodam libertatem. Adinstar cervi, Præfides reptilium è latebris venenata retrahant, ut venena etiam rumpantur, deponant. Tutè vagantur, si indulget fautor, qui debebat esse expulsor. Unde qui nec audebant hifcere præ timore, gradiuntur, imò oggrasantur impunè; quoniam modò nanciscantur, qui Superior, folium maiestatis; nihili ducit; quòd excitentur iam proculcati serpentes: ignorans, quousque præceptis, proprium damnum, & indulgentia pullulare venenum. Canit Ovidius lib. 2. Metamorph. fab. 1. ubi Phæchontis describitur lapsus. Cervicisque repugnat habentis. Sed leve pondus erat, nec quòd cognoscere possent Solis equi: solitaque iugum gravitate caerebat. Quod simulac sensere, ruunt, tritumque relinquant. Quadrijugi spatium, nec quò prius, ordine currunt. Ipse pavet, nequa commissas flectat habenas.

Nec sicut quæ sit iter, nec si sciat, imperat illis.

Quaque polo posita est glacialis proxima serpens.

Frigore pigra prius, nec formidabilis ulli, Incaluit, sumpsitque novas fervoribus iras.

En speculum Superioris oblitio muneris, & pleni stupiditatis; quia quæ sit iter, nescit, quò dirigit, nec effrenis loris retinere valet. Unde laxis habenis in præcipitium, non quo prius ordine currunt; quippe iugum caret gravitate, atque directionis pondere, ordine perverfo, atque legum fracto iugo, quo elati serpentes (qui prius innocui sub iugo dominationis) exacerunt linguas suas, ut Solis rutili devoraretur maiestas: quæ quidem magis fulsit, dum venenum hifcere cogitavit; quidem serpentes non exprimerent indolem, modò Sol haberet regimen. Longè à cursu Solis cursus frigidi serpentis. Ille iactat, quia iacere debet, & Sol non fovet: patetque prorsus ordo Solis mutatus; si draconis iacens videtur motus; quandoquidem quondam Phæbus videtur moderamen, nullus serpentium perturbavit ordinem. Credidit regimen insipienti inexpecto duræ frontis, cui magnum videbatur prætergredi cursum patris: & cum ruinâ sine cerebro claruit moderantis fincipur; dum indulfit devio cursu venena exaltare caput. Non aliter sese gerunt subditi habenis ordinis atque legis repugnantes, quam proculcati, ne noceant, ac separati serpentes. Cuncta haud inficiunt, nisi quia nequitia illis instrumenta desunt. Non absistit à corde veneni malignitas, sed opportunitas. Da posse, quantum volunt, & cognoscentur. Fient formidabiles, qui ordine Solis reptabant uti serpentes: etenim illicò ut stupidus suffectus in regiminis habenas; novas sumperunt è fervoribus iras. Timent: & ni pavent, gregatim terrent; ut urgeat turba, cuius despicitur causa: hique timendi, dum ambulans dissoluit; quoniam etiam Solis denigrabant splendorem, si conscientia suspicantur aboleri libertatem. Vivere sine veneno nequeunt. Superiores sic indulgere non possunt: igitur uti inquit Legislator N. Regul. Sanct. cap. 2. divis. ult. Quantum sub cura sua fratrum se habere scierit numerum; agnoscat pro certo, quia in die iudicij ipsarum omnium animarum redditurus est Domino rationem sine dubio, additè & sua anima. Unde cum libertas vivendi ad lubitum placeat, & corruptela scabies annosa priuriat malunt improbè Superiores, legibus addi-

Præsi mores prætoris subditorum, & Præfidum.

S. Benedic.

Ecc. 405